

valoris pedagii, & curadiæ, & bechariæ stipulatione præmissa, pro quibus omnibus, & singulis firmandis, & observandis dictus D. O. obligavit prædicto Jac. omnia bona Aquensis Episcopatus, & dictus Jac. obligavit dicto D. Electo omnia bona sua, & inde chartam. *Hæc tamen donatio fuit ab eodem Episcopo ob illius ingrati animi vitium revocata, ut ex sequenti scriptura constat ex eodem Tabulario eruta.* Anno Domini MCCLXXXIII., indictione VI., die Veneris XXXI. julii in civitate 10 Aquis in claustrum majoris Ecclesiæ Aquensis præf. Rufino Badalo, Ogerio Gosberto, Leone Morando, Rufino Barreta, & D. Bertolino Aquensi præposito testibus vocatis D. Olgerius Aquensis Electus revocavit, cassavit, & irritavit propter ingratitude quamdam donationem factam Jac. Domini Ay-cardi de pedagio, curadia, & beccaria a prædicto D. Electo, ut apparet per cartam inde factam manu mei Jacobi Botacii Notarii infrascripti, tenor cujus sic incipit etc. Ego Franciscus Novellus de Ter- 20 cio etc.

MCCXCV. col. 261. n. 255. Cl. V. Chenna pag. 153. refert sub die XVI. junii, qua non Lunæ, sed Jovis dies currebat.

MCCXCVI. col. 267. n. 257. Ex collatione cum suo archetypo hæc suo loco reponenda. lin. 38. munda de Camorino lege munda, Bechamorino. lin. 40. Præpositus Fridericus l. Bertolinus Præpositus, Fridericus. dele comma post Fridericum.

MCCXCVII col. 268. n. 259. Variantes ex collatione cum archetypo Capituli Lin. 62. XXVIII. &c. lege indictione X., die Veneris XXVII. novembris in Capitulo majoris Aquensis Ecclesiæ. lin. 63. testibus l. & VVilermo Multure testibus.

Col. 269. lin. 4. Ecclesiæ S. Magdalenæ &c. l. Ecclesiarum S. Mariæ, & S. Hippoliti lin. 6. in fine post esse adde annexas, & lin. 7. præbendas l. præbendæ suæ Aquensis. lin. 11. Belengio &c. l. Bergoncio de Uvada Not. lin. 14. augusto &c. adde ex fructibus dictarum Ecclesiarum, præbenda, & occasione præbendæ dicti Præpositi. Dictus presbiter 40 Wilelmus promixit eidem Præposito solemniter stipulanti, & recipienti eidem Præposito daturum de cætero singulis annis in festo S. Mariæ de Aug. festaria viginti frumenti pulchri mundi, & beneficci sub pœna librarum XXV. Ast pro singulis vicibus, quibus cessaverit in præstatione dicti frumenti, & pœna soluta, & exacta, vel non ad prædicta omnia, & singula teneatur renuncians exceptione doli mali &c. obligans omnia sua bona &c., pro 50 quibus se constituit possessorem pro eo, & ejus nomine lin. 15. Belengio l. Belengeriis. Bertolinus iste Præpositus Ecclesiæ Aquensis tam dignitatis causa, quam rerum gerendarum cognitione magnam eorum partem habuit, quæ in hoc quasi acephalo Ecclesiæ Aquensis statu ob trium Episcoporum inter se de primatu litigantium contentiones contigerunt, ut ostendunt duæ aliæ chartæ in Tabulario Capituli repertæ, quas hic ordinatim profero.

Anno Domini millesimo ducentesimo octuagesimo quinto, indictione XIII., die VII. mensis decembris præsentia testium infrascriptorum D. Ar-

naldus de Platea Præpositus Astensis fecit, constituit, & ordinavit suum certum nuncium, & procuratorem D. Bertholinum Baudizonum Præpositum, & Canonicum Aquensem absentem tanquam præsentem in causa, quam habet, seu habiturus est cum Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ S. Secundi de de mercato Astens. etc. Et Ego Henricus Riprandus de S. Albano Not. etc.

Anno Nativitatis Domini MCCLXXXI., indictione IV., die Sabbati VI. mensis januarii. In Sezadio . . . D. Gandulfus Præpositus Ecclesiæ S. Mariæ de Sezadio fecit etc. D. Bertholinum Præpositum majoris Ecclesiæ absentem, & Bonellum præsentem suos certos nuncios syndicos, & procuratores etc. ad omnia, & singula sua negotia gerenda etc. coram D. O. Electo Aquensi etc. Ego Olgerius etc.

MCCXCVIII. col. 269. n. 260. Tabularium Capituli ad hujus chartæ emendationem non solum autographum, sed præterea tres alias membranas, quæ ad hanc causam pertinent, & aliquam lucem huic negotio licet privato diffundunt, suppeditavit. Præstabit hic earum seriem, ac substantiam describere.

Anno MCCXCVIII. die XXII aprilis in Capitulo majori Aquensis Ecclesiæ. Cum Arnaudus Rector Ecclesiarum S. Georgii, & Laurentii de VViliolis de Caxinis electus fuerit in Archipresbiterum Plebis de Caxinis D. Ubertus Archidiaconus consentiente D. Frederico Archipresbitero, Bertolino Præposito, Aranco, Odone Bonello Canonicis Aquensibus, considerans personam Baudecini dictarum Ecclesiarum Clerici, qui Baudecinus vocem suam contulit dicto D. Uberto Aquensi Archidiacono, & toti Capitulo fore utilem, ac necessariam. . . . Spiritus sancti gratia invocata, ipsum in Rectorem illarum Ecclesiarum elegit, qui & Ecclesiæ Aquensi præstitit consuetum fidelitatis juramentum Notario Johanne de Belengeriis. Facta nominatione die XXV. 40 aprilis D. Fredericus Archipresbiter Cassinas petiit, ubi cum Not. Bauduino Zanto Baudecinum in suarum Ecclesiarum possessionem misit. Accidit circa hæc tempora, ut Henricus, & Jacobus Cassinenses adierint Ogerium electum Aquensem, qui falso sibi persuadens harum Ecclesiarum electionem sui juris esse, illos in Ministros illarum elegit; sed monitus a Capitulo nullam fore ejus electionem ob patronatum eis a Romano Pontifice Adriano concessum, illam retraxit, ut ex hac charta n. 260. constat, in qua hæc emendanda. 50 Post annum lin. 22. sic legendum: indict. XI., die XIII. octobris in civitate Aquis in domo Percivalli Befurii. lin. 24. Petro testi adde D. Arancho Aquensi Canonico, & Jacobo Botazio Not. testibus vocatis, & rogatis. lin. 26. ante Ecclesiæ pone & rectoriam. lin. 35. detentam l. obtentam. lin. 36. ultra l. citra. lin. 40. presbiterom adde ministrum ipsius Ecclesiæ. lin. 41. in fine adde, & quod in dicta Ecclesia præbenda alicujus ministri, vel clerici non vacabat. lin. 43. Ecclesia etc. perge Ecclesia, protestans se 60 solum recognoscere, & esse Rectorem dictum Baudizonum, & Clericum D. Fredericum Aquensem . . . Archipresbiterum. Anno sequenti novæ excitatæ sunt Caxinis controversiæ. Vacarunt enim